Zazowska Debitum.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Bracien. personaliter comparens Nobilis Stephanus Rozniatowsky filius olim Generosi Venceslai sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit Quia Generosae Annae Zazowska relictae olim Venceslai Rozniatowsky Matri suae Gene[rosae] tur esse debitor certi veri et liquidi debiti Mutuatique pecuniae summae Quingentorum florenorum Polon. Quam quidem summam suprascriptus recognoscens submittit ac se de Omnibus bonis cum successoribus suis [illegible] bis Memoratae Creditrici suae sive eius possessoribus hinc pro festo Solemni Paschae proxime futuro parata pecunia solvere realiter et de facto dare et restituere aut circa Acta Officii praesentis reponere et relinquere repositamque et relictam rursus ad se non recipere nec modo quovis arestare aut [illegible] sub Vadio simili alterum Quingentorum florenorum Polon. in defectu solutionis et tempore praefixo ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem Vadio ac summa capitali insimul iuncta idem ipse recognoscens ad instantiam ipsius Creditricis vel eius successorum ad Officium praesens Castren. Capitaneale Bracien. Citatus existens sive eius successores Citati existentes Ex tunc in primo Citationis Termino tanquam peremptorio peremptorie stare parere respondere et pro vadiis succubitis ac Citatis Omnibus ab Officio non recedendo satisfacere Omneque iudicatum pati tenebitur illiusque successores tenebuntur Quendem Terminum primum peremptorium et alios Omnes causae eiusdem terminos semper peremptorios secta vel simplici infirmitatibusque aetate pro Maiori Minorennitate successorum tarda extraditione malapositione inordinata [illegible] ac ignorantia Citationis processusque in Centralium obtentione [illegible] [illegible] conventione generali vel particulari expeditione bellica servitio Militari legatione intra vel extra Regnum Interregno absentia Regis a Regno incursu hostium [illegible] Regni et quibusvis dilationibus non differendo [illegible] etiam et appellationibus ac earum prosequutionibus aliisque in Iure [illegible] remediis et defensis legalibusque impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos successores [illegible] abiiciendo et abrenunciando sub amissione suae successorumque [illegible] [illegible] causae.